

[ARTICLE 1505.]

jugera, alterum ducenta habere, non proderit ei quod in altero ducenta decem inveniuntur, si in altero decem desint. Et de his ita apud Labeonem relatum est. Sed an exceptio doli mali venditori profutura sit, potest dubitari? Utique si exiguus modus silvæ desit, et plus in vineis habeat quàm repromissum est, an non facit dolo, qui jure perpetuo utitur? Nec enim hic, quod ampliùs in modo invenitur, quàm alioquin dictum est, ad compendium venditoris, sed ad emptoris pertinet; et tunc tenetur venditor, cùm minor modus invenitur. Videamus tamen, ne nulla querela sit emptoris in eodem fundo, si plus inveniatur in vinea, quàm in prato, cùm universus modus constat. Similis quæstio esse potest ei quæ in duobus fundis agitata est, et si quis duos statuliberos uno pretio vendat, et dicat unum decem dare jussum, qui quindecim dare debebat: nam et hic tenebitur ex empto actione, quamvis emptor à duobus viginti accepturus sit. Sed rectius est, et in omnibus suprascriptis casibus lucrum cum damno compensari: et si quid deest emptori, sive pro modo, sive pro qualitate loci, hoc ei resarciri (PAULUS).

Ibidem. } Un particulier vend deux fonds ensem-
Trad. de M. Hulot. } ble pour un seul et même prix, après ce-
 pendant avoir déclaré séparément la consistancé de chacun. Il manque quelque chose à l'un, et il se trouve quelque chose de plus dans l'autre; par exemple, il a déclaré qu'un des fonds étoit de cent arpens, et l'autre de deux cents. Il ne pourra point se servir de ce qu'on trouve deux cent dix arpens dans l'un, s'il en manque dix dans l'autre. Labéon rapporte à ce sujet une décision conforme à celle-ci. Mais on peut demander si le vendeur ne pourroit pas en ce cas au moins opposer utilement l'exception de la mauvaise foi? Par exemple, s'il manque quelque légère portion en bois, et qu'il se trouve en vignes plus qu'on n'avoit promis, doit-on dire qu'il n'y a pas de mauvaise foi de la part de l'acheteur qui demande ce qu'on lui a promis, parce qu'alors il se sert de son droit? Car s'il se trouve une meilleure mesure que le vendeur n'a déclaré, ce n'est pas le vendeur, mais l'acheteur,